B Qui offert oblationē q̄ſi q̄ ſanguinē ſuillū offe
rat. Qui recordat̄ thur' q̄ſi q̄ bñdicat idolo. Hec
oīa elegerūt in vijs ſuis. et in abhomiationib⁹
ſuis aīa eorꝫ delectata eſt. Vñ et ego eligā illu
ſiones eorꝫ: et q̄ timebāt adducā eis. q2 vocaui ⁊
nō erat qui rñderet. locut⁹ ſum et nō audierūt.
Feceruntq3 malū in ocul' meis ⁊ q̄ nolui elegerūt
Audite verbū dñi qui tremitis ad ꝟbū ei⁹. Dixe
rūt fratres veſtri odiētes vos et abijciētes ppt'
nomē meū. Glorificetur dñs et videbim⁹ in leti
C cia veſtra. ipi aūt cōfundētur. Vox ppl'i de ciui
tate: vox de tēplo. vox dñi reddētis retributionē
Hiere. xviij. c inimicis ſuis. Anteq̄ pturiet pepit: anq̄ veniret
ptus ei⁹ pepit maſculū. Quis audiuit vnq̄ tale
et quis vidit huic ſile. Nūquid pturiet trā in die
vna: aut parietur gen⁹ ſimul. q2 pturiuit ⁊ pepit
ſyon filios. Nūquid ego qui alios parere facio
ī pe nō pariā dicit dñs. Si ego qui generationē
ceteris tribuo ſterilis ero. ait dñs de⁹ tu⁹. Leta
mini cū hierl'm: et exultate in ea oēs q̄ diligitis
eam. Gaudete cū ea gaudio vniuerſi q̄ lugetis D
ſup eam. vt fugatis ⁊ repleamini ab vbere cōſo
lationis ei⁹. vt mulgeatis et delitijs affluat' ab
oīmoda glīa ei⁹. Quia h̄ dicit dñs. Ecce ego de
clinabo ſup eam q̄ſi fluuiū pacis. et q̄ſi torrentē hieremie. i.
inūdantē glīa3 gentiū quā ſuggetis. Ad vbera
portabimini. et ſuper genua blandiētur vobis
Quō ſi cui mater blandiatur: ita ego cōſolabor
vos. et in hierl'm cōſolabimini. Videbit'. ⁊ gau
debit cor vr̄m. et oſſa veſtra q̄ſi herba germina
būt. et cognoſcetur man⁹ dñi ſuis ei⁹ ⁊ indigna
bitur inimicis ſuis. Quia ecce dñs ī igne veniet
et q̄ſi turbo q̄driga ei⁹. reddere ī indigtione fu
rorē ſuū. ⁊ increpationē ſuā in flāma ignis. q2 ī
igne dñs diūdicabit. et in gladio ſuo ad oēm
carnē. ⁊ multiplicabūt̄ interfecti a dño. Qui ſctifi
cabant̄ ⁊ mūdos ſe putabāt in hort' p⁹ ianuā in
trinſec⁹ q̄ comedebāt carnē ſuillā ⁊ abomiatio
nē ⁊ murē. ſimt' pſumet̄ dic dñs. ego āt opa eorꝫ
et cogitatōes eorꝫ venio vt pgregē cū oib⁹ gēti
b⁹. ⁊ linguis ⁊ veniēt ⁊ videbūt glīa3 meā. ⁊ po
nā ī eis ſignū. ⁊ mittā ex eis q̄ ſaluati fuerit ad
gētes ī mare. in africā. ī lydiā tenētes ſagittā ī
italiā ⁊ greciā ad inſulas lōge: ad eos q̄ nō audi
erūt de me ⁊ nō viderūt glīa3 meā. et ānūciabūt
glīa3 meā gētib⁹. ⁊ adducēt oēs frēs vr̄os d̄ cū
ctis gētib⁹ donū dño ī eq̄s ⁊ in q̄drigis ⁊ ī lecti
cis et in mulis et in carruc'. ad montē ſctm̄ meū
hierl'm dic dñs. quō ſi inferāt filij iſrl' mun⁹ ī va
ſe mūdo ī domū dñi. Et aſſumā ex eis ī ſacerdo
tes ⁊ leuitas dic dñs. q2 ſic celi noui ⁊ trā noua
q̄ ego facio ſtare corā me dic dñs de⁹. ſic ſtabit
ſemē vr̄m ⁊ nomē vr̄m. Et erit mēſis ex mēſe. ⁊
ſabbatū ex ſabbato. Veniet oīs caro. vt adoret
corā facie mea dicit dñs. Et egredient̄ et vide
būt cadauera virorꝫ q̄ puaricati ſūt in me. Ver
mis eorꝫ nō morietur. et ignis eorꝫ nō extinguetur
et erūt vſq3 ad ſatietatē viſionis oīni carni.

C Explicit Eſaias. Incipit pfacio
in Hieremiam prophetam.

Hec interptatio hieronymi ē. Si quid in
ea nouerit ſm hebreos codices explo
retur. Alia ē ſeptuagita interptū eccl'ijs
vſitata. Que q̄uis nōnulla aliter habeat q̄ in
hebreis codicibus inueniat̄. Tamen vtraq3. i. ſm
ſeptuaginta. ⁊ ſm hebreā: aplica auctoritate fir
mata eſt nō errore neq3 rephenſione ſupiori: ſ3
certo cōſilio ſeptuaginta nōnulli aliter dixiſſe
vel cōtexuiſſe intelligūtur. Nō ideo pmonem⁹
ne quiſq3 alterā ex altera velit emendare. Quā
ſingulorꝫ in ſuo genere veritas obſeruāda eſt.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias ppha cui hic plog⁹ ſcribitur
ſmone quidē apd̄ hebreos eſaie ⁊ oſee
et quibuſdā alijs pphis videt̄ eſſe ruſti

D tioꝝ. ſ3 ſenſib⁹ ꝑ eſt. q̄ppe q̄ eodē ſpū ꝓphetaue-
rit. Porro ſimplicitas eloquij ꝺ loco ei ī q̄ nat⁹
eſt accidit. Fuit enī anathotides q̄ ē vſq3 hodie
vicul⁹ trib⁹ ab hieroſolymis diſtās milib⁹ ſacer
dos ex ſacerdotib⁹. ⁊ in mr̄is vtero ſctificatus
hieremie.i.b virginitate ſua euāgelicum virū xp̄i eccl'ie dedi
cans. Hic vaticinare exorſus eſt puer ⁊ captiui
tate3 vrbis atq3 iudee nō ſolū ſpū. ſed ⁊ oculis
carnis intuitus eſt. Jam decē trib⁹ iſrl' aſſyrij in
E medos trāſtulerāt. iā terras eaꝝ coloni gētium
poſſidebāt. Vn̄ in iuda tm̄ ⁊ in beniamin ꝓphauit
⁊ ciuitatis ſue ruinas quadruplici plāxit alpha
beto. qd̄ nos mēſure metri v̄ſibuſq3 reddidim⁹.
Preterea ordinē viſionū q̄ apd̄ grecos. ⁊ lati-
nos oīno ꝯfuſus eſt. ad p̄ſtinā fidē correximus.
Librū aūt baruch notarij ei⁹ q̄ apd̄ hebreos nec
legit' nec hēt' pretermiſimus. pro his oīb⁹ male
dicta ab emulis preſtolātes q̄b⁹ me neceſſe eſt ꝑ
ſingula opuſcula r̄ndere. Et hoc patior. qꝛ vos
F cogitis. Ceterꝝ ad cōpēdiū mali rectius fuera
modū furori eoꝝ ſilentio meo ponere. q̄ q̄tidie
noui aliq̄d ſcriptitātē inuidoꝝ inſaniā ꝓuocare.

Item alius prologus in eundem.

Ioachim fili⁹ oſie. cuius tertiodecimo
āno ꝓphetare orſus eſt hieremias ſub
quo ⁊ Olda mulier ꝓphetauit ipē eſt q̄
alio noīe appellat' eliachī ⁊ regnauit ſuper tri
bū iuda ⁊ hierl'm annis vndecim. Cui ſucceſſit
in regnū fili⁹ ioachin cognomento iechonias q̄
tertio menſe regni ei⁹ die decima captus a duci
G bus nabuchodonoſor ductus eſt in babylone3
⁊ in loco ei⁹ ꝯſtitut⁹ eſt ſedechias fili⁹ ioſie pa-
truus eius cuius anno vndecimo hierl'm capta
atq3 ſubuerſa eſt. Nemo igit' putet eūdē in dani-
elis p̄ncipio ioachin q̄ in ezechielis exordio io
achin ſcribit'. Iſte extremā ſyllabā chim hēt. ille
Mathei chin. ⁊ ob hāc cām in euāgeliū ſm̄ matheū vna
videt' deeſſe gn̄atio. qꝛ ſc̄da teſſeredecas in io-
achim deſinit filiū ioſie. ⁊ t'tia incipit a ioachin
filio ioachim. Qd̄ ignorās porphiri⁹ calūniam
inſtruit eccl'ie. ſuā oñdēs imperitiā dū euangeli
ſtā mattheū arguere nitit' falſitatis. Qd̄q3 tradi
tū ſcribitur. ioachim monſtrat nō aduerſarioꝝ
fortitudinis fuiſſe victoriā ſ3 domini volūtatis.

Incipit argumeetum in eundem.

Jeremias anathotides. q̄ eſt viculus
a hieroſolymis diſtans milibus apud
taphnas in egypto a pp'lo lapidibus
obrutus occubuit. Jacet v̄o in eo loco ſepultus
q̄ dudū pharao rex habitauerat. Et q̄m poſtula
tione ſua defugatis ab eodem loco ſerpētibus
egyptios a tactu aſpidū facit eſſe ſecuros. mag̃
cum ibi religione egyptij venerantur.

Explicit argumētū Incipit hieremias ꝓpħa

C.S. de ſanctificatiōe et miſſione hieremie
de virga vigilante ⁊ olla ſucceſa a facie aquilo
nis ꝓpheta confortat'.

Ca. I

Verba hieremie A
ꝓphe filij helchie de ſacerdoti
b⁹ q̄ fuerūt in anathot in terra
beniamin. Qd̄ factū eſt v̄bum
dn̄i ad eū ī dieb⁹ ioſie filij amō
regis iuda in tertiodecimo anno regni ei⁹. ⁊ fa
ctū eſt in dieb⁹ ioachim filij ioſie reg' iuda vſq3
ad ꝯſummationē vndecimi āni ſedechie filij io
ſie regis iuda. vſq3 ad trāſmigrationē hierl'3 in
menſe q̄nto. Et factū eſt v̄bū dn̄i ad me dicens. B
Priuſq3 te formarē in vtero. noui te. ⁊ añq3 exi-
res de vulua ſctificaui te. ⁊ ꝓphā in gētib⁹ de
di te. Et dixi. A.a.a. dn̄e de⁹. Ecce neſcio loq̄. qꝛ infra.xiiij.b
puer ego ſum. ⁊ dixit dn̄s ad me. Noli dicere qꝛ
puer ſum. q̄m ad oīa q̄ mittā te ibis. ⁊ vniuerſa
q̄cūq3 mādauero tibi. loq̄ris. Ne timeas a facie
eoꝝ. qꝛ tecū ego ſum vt eruā te dic̄ dn̄s. et miſit
dn̄s manū ſuā. ⁊ tetigit os meum. ⁊ dixit ad me
Ecce dedi v̄ba mea in ore tuo ecce ꝯſtitui te ho
die ſup gētes ⁊ ſup reg̃ vt euellas ⁊ deſtruas ⁊
diſꝑdas ⁊ diſſipes ⁊ edifices ⁊ plātes. Et factū C
eſt v̄bū dn̄i ad me: dicēs. Quid tu vides hiere- infra.xxiiij.b
mia. Et dixi. Virgā vigilantē ego video. Et di-
xit dn̄s ad me. Bn̄ vidiſti. qꝛ vigilabo ego ſup
v̄bo meo vt faciā illd̄. ⁊ factū ē v̄bū dn̄i ſc̄do ad
me dicēs. Quid tu vides. Et dixi. Ollā ſuccen-
ſam. ego video. ⁊ faciē ei⁹ a facie aq̄lōis. ⁊ dixit
dn̄s ad me. Ab aq̄lone pandet' oē malū ſup oēs
hitatores terre. qꝛ ecce ego ꝯuocabo oēs cogna
tiones regnoꝝ aq̄lonis. ait dn̄s. ⁊ venient ⁊ po
nēt vnuſq̄ſq3 ſoliū ſuū in introitu portaꝝ hierl'3
⁊ ſup oēs muros ei⁹ in circuitu. ⁊ ſup vniuerſas
vrbes iuda ⁊ loq̄r iudicia mea cū eis ſup oē3 ma D
liciā eoꝝ q̄ dereliq̄rūt me ⁊ libauerūt dijs alieīs
et adorauerūt op⁹ manuū ſuaꝝ. Tu ergo accīge
lūbos tuos ⁊ ſurge. ⁊ loq̄re ad eos oīa q̄ ego p̄
cipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ. nec eīm time
re te faciā vultū eoꝝ. ego q̄ppe dedi te hodie in
ciuitatē munitā ⁊ ī colūnā ferreā. ⁊ ī murū ereū
ſup oēm t'rā regib⁹ iuda. p̄ncipib⁹ ei⁹ et ſacerdo
tib⁹. et oī pp'lo t're. et bellabūt aduerſu3 te et nō infra.xv.d
ꝓualebūt. qꝛ ego tecū ſum ait dn̄s vt liberē te.

C.S. Docet q̄d dicat. increpat' ꝓpt' ſac̄dotes
⁊ paſtores ꝓ idolis. de fōte aq̄ viue de aq̄ turbi
da ⁊ aliena vinea increpat hierl'm q̄ ſit inobedi
ens ⁊ meretrix degenerās polluta idolis deſpe
rās obſtiata oblita dn̄i īcrepat ꝺ ſāguīe paupū A

Et factū eſt v̄bū dn̄i ad me. dicēs II infra.iij.d
Vade ⁊ clama in aurib⁹ hierl'm. dicēs
Hec dic̄ dn̄s. Recordat⁹ ſū tui miſerās
adoleſcētiā tuā ⁊ charitatē deſpōſatōis tue: q̄n
ſecuta es me ī deſerto. in t'ra q̄ nō ſeminat'. Sctūs
iſrael dn̄o primitie frugū eius. Omnes qui de-
uorāt eū. delinquūt. mala venient ſup eos dicit

dñs. Audite ꝟbũ dñi dom⁹ iacob. et oēs cogna
tiões dom⁹ israel. h dic dñs Quid inuenerũt pa
tres vr̄i in me iniq̄tatꝭ. q₂ elõgauerũt a me ⁊ am
B bulauerũt p⁹ vanitatē. et vani facti sunt. Et nõ
dixerũt. vbi est dñs q̄ ascēdere nos fecit de ter
ra egypti. q̄ traduxit nos p̄ desertũ. p̄ terrã inha
bitabilē ⁊ inuiã. p̄ terrã sitis. ⁊ imaginē mortis
⁊ p̄ terrã in q̄ nõ ambulauit vir neq₃ hitauit hõ
Et induxi vos in terrã carmeli. vt comederetis
fructũ ei⁹ ⁊ bona illi⁹. Et ingressi cõtaminastis
terrã meã. ⁊ hereditatē meã posuistis in abomi
nationē. Sacerdotes nõ dixerũt. vbi est dñs. et
tenētes legē nescierũt me. ⁊ pastores p̄uaricati
sunt in me. Et pphe pphauerũt in baal ⁊ idola
secuti sunt. Propterea adhuc iudicio ɔtẽdã vo
C biscũ. ait dñs. ⁊ cũ filijs vr̄is disceptabo. Trãsi
te ad insulas cethim ⁊ videte. ⁊ incedar mittite
⁊ ɔsiderate vehemēter ⁊ videte si factũ est hui⁹
cemodi. si mutauit gens deos suos. Et certe ipi
nõ sunt dij. Pp̄ls ꝟo me⁹ mutauit gl̃iã₃ suã in
idolũ Obstupescite celi sup h. ⁊ porte ei⁹ desola
mini vehementer. dic dñs. Duo em̄ mala fecit po
pulus me⁹ Me dereliq̄rũt fontē aq̄ viue ⁊ fode
rũt sibi cisternas dissipatas q̄ ɔtinere nõ valēt
aq̄s. Nũqd ſu⁹ est isrl̄ aut ꝟnaculus. Quare g°
fact⁹ est in p̄dã. Sup eũ rugierũt leones ⁊ dede
rũt vocē suã. posuerũt terrã ei⁹ in solitudinē Ci
uitates ei⁹ exuste sũt. ⁊ nõ est q̄ hitet in eis Filij
D q₃ mēpheos ⁊ taphneos ɔstuprauerũt te vsq₃
ad ꝟticē. Nũqd nõ istđ factũ ē tibi, q₂ dereliq̄sti
dñm deũ tuũ eo tp̄e q̄ ducebat te p̄ viã. Et nunc
q̄d tibi vis in via egypti. vt bibas aquã turbidã
Et q̄d tibi cũ via assyrioꝝ. vt bibas aquã flumi
nis. Arguet te malicia tua ⁊ auersio tua icrepa
bit te. Scito ⁊ vide. q₂ malũ ⁊ amaꝝ est reliq̄sse
te dñm deũ tuũ. ⁊ nõ esse timorē ei⁹ apđ te dicit
dñs de⁹ exercituũ. A seculo ɔfregisti iugũ meũ:
infra.v.b rupisti vincula mea ⁊ dixisti. Nõ seruiã. In oī em̄
colle sublimi. ⁊ sub oī ligno frondoso tu ɔster
Esaie.iij.a nabaris meretrix. Ego aũt plãtaui te vineã ele
ctã. oē semē veꝝ. Quõ g° ɔuersa es mihi in p̄uũ
E vinea aliena. Si laueris te nitro. ⁊ multiplica
ueris tibi herbã borith. maculata es in iniq̄tate
tua corã me dic dñs de⁹ Quõ dicis. nõ sũ pollu
ta. p⁹ baalim nõ ambulaui. Vide vias tuas i cõ
ualle. scito q̄d feceris. Cursor leuis explicãs vi
as suas onager assuet⁹ in solitudine. i desiderio
aīe sue attraxit vẽtũ amoꝝ sui. Null⁹ auertet eã:
Oēs q̄ q̄rũt eã nõ deficient. in mēstruis ei⁹ inue
niēt eã. Prohibe pedē tuũ a nuditate. ⁊ guttur
tuũ a siti. Et dixisti. Desperaui. nequaq₃ faciã. Ad
amaui q̄ppe alienos. ⁊ p⁹ eos ambulabo. Quõ
F ɔfũdit fur q̄n dep̄hēdit. sic ɔfusi sũt dom⁹ israel
infra.xxxij.f ipi ⁊ reges eoꝝ p̄ncipes ⁊ sacerdotes ⁊ pphete
Deut.xxxij.c eoꝝ. dicentes ligno. pr̄ me⁹ es tu. ⁊ lapidi tu me
genuisti. Verterũt ad me tergũ ⁊ non faciē: ⁊ in
tp̄e afflictõis sue. dicēt. surge ⁊ libera nos Vbi
sunt dij tui q̄s fecisti tibi. Surgãt ⁊ liberēt te. in
tp̄e afflictiõis tue. Scđm numeꝝ q̄ppe ciuitatũ
tuaꝝ. erãt dij tui iuda. Quid vultꝭ mecũ iudicio
ɔtēdere. Oēs dereliq̄stꝭ me dic dñs. Frustra p̄
cussi filios vr̄os. disciplinã nõ receperũt. Deuo
rauit gladius vr̄ pphas vr̄os. q̄si leo vastator
ḡnatio vr̄a. Videte ꝟbũ dñi. Nũqd solitudo fa
ctus sum israeli. aut terra serotina. Quare ergo
dixit pp̄ls me⁹ recessim⁹. nõ veniem⁹ vltra ad te
Nũqd obliuiscet ꝟgo ornamēti sui. aut spõsa fa
scie pectoralis sue. Pp̄ls ꝟo me⁹ oblit⁹ est mei
dieb⁹ innumeris. Quid niterꝭ bonã õndere viã G
tuã. ad q̄rendã dilectionē q̄ insup ⁊ malicias tu
as docuisti vias tuas. ⁊ in alis tuis inuēt⁹ est
sanguis aīaꝝ paupeꝝ ⁊ innocētiũ. nõ in fossis
inueni eos. sed in oīb⁹ q̄ supra memoraui Et di
xisti. Absq₃ pctõ ⁊ innocēs ego sum. ⁊ pp̄terea
auertat furor tu⁹ a me. Ecce ego iudicio ɔtẽdã
tecũ. eo q dixeris nõ peccaui. Q̄ vilis facta es
nimis. iterãs vias tuas. Et ab egypto ɔfũderis
sicut ɔfusa es ab assur. nã ⁊ ab ista egredieris ⁊
manus tue erũt sup caput tuũ. q̄m obtriuit dñs
confidentiã tuã. ⁊ nihil habebis prosperum

C. S. Increpat hierl̃m de pctõ. q₂ cũ multis
amatorib⁹ fornicata. de imprudētia. de pn̄ia cõ
parat fornicatiõi duaꝝ soroꝝ. Sermo dñi ɔ̃ as
syrios. đ reuersiõe iuda ⁊ hierl̃z. đ pn̄ia pp̄li. III

Vulgo dicit. Si dimiserit vir vxorē suã A
et recedēs ab eo duxerit virũ alteꝝ. nũ
q̄d reuertet ad eam vltra. Nũqd nõ pol
luta erit et cõtamīata mlr̄ illa. Tu aũt fornicata
es cũ amatorib⁹ multis: tñ reuertere ad me dic
dñs. et ego suscipiã te. Leua oculos tuos i dire
ctũ. et vide vbi nũc ɔstrata sis. In vijs sedebas
expectãs eos q̄si latro insidiãs in solitudine. et
polluisti terrã in fornicatiõib⁹ tuis. ⁊ i malicijs
tuis. q̄obrē ɔhibite sũt stille pluuiaꝝ. et seroti
nus imber nõ fuit Frons mlr̄is meretricis fa
cta est tibi: noluisti erubescere. Ergo saltē amo
do voca me. pat̄ me⁹. dux ꝟginitatis mee tu es.
Nũqd irasceris in ꝑpetuũ. aut ꝑseuerabis in finē
Ecce locuta es. et fecisti mala. et potuisti. et di
xit dñs ad me: in dieb⁹ iosie reg. Nũqd vidisti q̄ B
fecerit auersatrix isrl̄. abijt sibimet sup oēm mõ
tē excelsum. ⁊ sub oī ligno frõdoso. ⁊ fornicata ē
ibi. et dixi. cũ fecisset h oīa. ad me reuertere. ⁊ nõ
est reuersa. et vidit p̄uaricatrix soror ei⁹ iuda. q₂
p̄ eo q mechata eēt auersatrix isrl̄ dimisissē₃ cã
⁊ dedissē₃ ei libellũ repudij. et ñ timuit p̄uarica
trix iuda soror ei⁹. s₃ abijt ⁊ fornicata ē etiã ipa ⁊
facilitate fornicatiõis sue ɔtamiauit terrã. ⁊ me
chata ē cũ lapide ⁊ ligno. Et in oīb⁹ his nõ ē re D
uersa ad me p̄uaricatrix soror ei⁹ iuda i toto cor
de suo: s₃ in mēdacio ait dñs. et dixit dñs ad me
Iustificauit aīã₃ suã auersatrix isrl̄ ɔpatõe p̄ua

3.ij.a ricatricis iuda. Uade ⁊ clama ſmones iſtos cō
tra aq̃lonē. ⁊ dices. Reuertere auerſatrix iſrl̄ ait
dñs. et nō auertā faciē meā a vob. q꞉ ſctūs ego
ſum dicit dñs. ⁊ nō iraſcar i ppetuū. Uerūtñ ſci
E to iniq̃tatē tuā. q꞉ in dñm deū tuū p̄uaricata es
Et diſpſiſti vias tuas alienis ſub oī ligno fron
doſo ⁊ vocē meā nō audiſti꞉ ait dñs. Cōuertimī
filij reuerentes dicit dñs. q꞉ ego vir vr̄. Et aſſu
mā vos. vnū de ciuitate. ⁊ duos de cognatione.
⁊ introducā vos in ſyon. Et dabo vobis paſto
res iuxta cor meū. ⁊ paſcent vos ſciā ⁊ doctrina
Cūq꞉ multiplicati fueritl ⁊ creueritl in terra in
dieb' illis ait dñs. nō dicēt vltra arca teſtamēti
F dñi. neq꞉ aſcēdet ſup cor neq꞉ recordabūt illius
nec viſitabit. nec fiet vltra. In tpe illo vocabūt
hierlm ſoliū dñi꞉ ⁊ ꝯgregabūt ad eā oēs gētes
in noīe dñi in hierlm. ⁊ nō ambulabūt p' p̄uita-
tē cordis ſui peſſimi In dieb' illis ibūt dom' iu
da ad domū iſrl ⁊ veniēt ſimul de t̄ra aq̃lōis ad
t̄rā quā dedi p̄rib' vr̄is. Ego aūt dixi. Quō po-
nā te i filios ⁊ tribuā tibi t̄rā deſiderabilē here
ditatē p̄clarā exercituū gētiū Et dixi. Patrē vo
cabis me ⁊ poſt me ingredi nō ceſſabis Sꝫ quō
ſi ꝯtēnat mulier amatorē ſuū. ſic ꝯtēpſit me do-
G mus iſrl dic dñs Uox in vijs audita eſt ploꝛat'
⁊ vlulat' filioꝝ iſrl. qm̄ iniquā fecerūt viā ſuā.
obliti ſūt dñi dei ſui. Cōuertimi filij reuertētes
⁊ ſanabo auerſiōes vr̄as. Ecce nos vēim' ad
te. Tu eī es dñs de' nr̄. Uere mēdaces erāt col-
les ⁊ multitudo mōtiū. Uere in dño deo nr̄o ſa
lus iſrl. Cōfuſio comedit laborē patꝝ nr̄oꝝ ab
adoleſcētia nr̄a. greges coꝝ ⁊ armēta coꝝ. filios
coꝝ ⁊ filias coꝝ. Dormiem' in confuſiōe nr̄a. ⁊
opiet nos ignominia nr̄a. qm̄ dño deo nr̄o pec-
cauim' nos ⁊ p̄rēs nr̄i ab adoleſcētia nr̄a vſq꞉
ad diē hāc. ⁊ nō audiuim' vocē dñi dei noſtri.

C.S. Promittit venia ſi ſe lauerit. d̄ deſtru
ctione iude p aſſyrios꞉ q꞉ nō penituit. dolet pro-
pheta de interitu gentis ſue. IIII

A I reuerteris ad me iſrl꞉ ait dñs ad me
ꝯuertere. Si abſtuleris offēdicula tua
a facie mea nō cōmoueberis. Et iurab
viuit dñs in ỽitate ⁊ in iudicio ⁊ in iuſticia. ⁊ be
B nedicēt eū gētes꞉ ipm̄q꞉ laudabūt. Hec eñ dicit
dñs viro iuda ⁊ hītatori hierlm. Nouate vobis
nouale꞉ ⁊ nolite ſerere ſup ſpinas. Circūcidimi
dño. ⁊ auferte p̄putia cordiū vr̄oꝝ viri iuda ⁊
habitatores hierlm. ne forte egrediat vt ignis
C indignatio mea ⁊ ſuccēdet. ⁊ nō ſit q̇ extinguat
Dia aūt hec mala veniēt ꝑpter maliciā cogita-
tionū vr̄aꝝ. Annūciate in iuda ⁊ in hierlm. audi
tū facite꞉ loq̄mini ⁊ canite tuba in terra clamate
D fortiter꞉ ⁊ dicite. Cōgregami ⁊ ingrediamur ci-
uitates munitas. leuate ſignū in ſyon. Cōforta
mini. nolite ſtare꞉ q꞉ malū ego adduco ab aq̃lo-
ne ⁊ ꝯtritōēꝫ magnā. Aſcēdit leo de cubili ſuo ⁊

p̄do gētiū ſe leuauit. Egreſſus eſt de loco ſuo vt
ponat t̄rā tuā in ſolitudinē. Ciuitates tue vaſta C
bunt. remanētes abſq꞉ hītatore. Sup h' accingi
te vos cilitijs. plāgite ⁊ vlulate. q꞉ nō eſt auerſa
ira furoris dñi a vob. Et erit i die illa dic dñs. pi
bit cor regis ⁊ cor p̄ricipū꞉ ⁊ obſtupeſcēt ſacerdo
tes ⁊ ꝓphe ꝯſternabūt ⁊ dixi. heu. heu. heu dñe
de'. Ergo ne decepiſti pplm iſtū ⁊ hierlm dicēs
pax erit vob. Et ecce ꝑuenit gladi' vſq꞉ ad aīaꝫ
In tpe illo dicet pplo huic ⁊ hierlm vēt' vrēs i
vijs q̄ ſūt in deſto vie filie ppli mei nō ad vēti
lādū ⁊ ad purgādū. Spūs plen' ex his vēiet mi
hi. Et nūc ego. ſꝫ loq̄r iudicia mea cū eis. Ecce D
q̄ſi nubes aſcēdet. ⁊ q̄ſi tēpeſtas curr' ei'. Velo
ciores aq̃lis equi illi'. Ue nob qm̄ vaſtati ſum'
Laua a malicia cor tuū hierlꝫ vt ſalua fias. Uſ
q꞉q̊ morabūt in te cogitationes noxie. Uox eñ Sap.i.a
annūciātis a dan. ⁊ notū faciētis idolū de mō-
te effraim. Dicite gētib'. Ecce auditū eſt i hierlꝫ
cuſtodes venire de terra lōginq̄. ⁊ dare ſup ciui
tates iuda vocē ſuā. Quaſi cuſtodes agroꝝ fa-
cti ſunt ſup eā in gyro꞉ q꞉ me ad iracūdiā ꝓuoca
uit dic dñs. Uie tue ⁊ cogitatōes tue fecerūt h' E
tibi Iſta malicia tua꞉ q꞉ amara q꞉ tetigit cor tuū
Uētrē meū. vētrē meū doleo. ſenſus cordis mei
turbati ſunt in me. Nō tacebo qm̄ vocē buccine
audiuit aīa mea. clamorē p̄lij. Cōtritio ſup ꝯtri
tionē vocata eſt. ⁊ vaſtata eſt oīs terra. Repēte
vaſtata ſūt tabernacula mea. ſubito pelles mee
Uſq꞉q̊ videbo fugiētē. audiā vocē buccine. Q2
ſtultus ppl's me' nō cognouit Filij inſipiētes F
ſunt ⁊ vecordes. Sapiētes ſunt vt faciāt mala
bene aūt facere neſcierūt. Aſpexi terrā ⁊ ecce va
cua erat ⁊ nihil. ⁊ celos ⁊ nō erat lux in eis. Ui
di mōtes. ⁊ ecce mouebāt. ⁊ oēs colles ꝯturba-
ti ſunt. Intuit' ſum ⁊ non erat hō. ⁊ oē volatile
celi receſſit. Aſpexi. ⁊ ecce carmel' deſert'. ⁊ oēs
vrbes ei' deſtructe ſunt a facie dñi. ⁊ a facie ire
furoris ei'. Hec eñ dic dñs. Deſerta erit oīs ter
ra. ſed tñ ꝯſummationē nō faciā. Lugebit terra
⁊ merebūt celi deſup. eo ꝙ locut' ſum. Cogita-
ui ⁊ nō penituit me. nec auerſus ſū ab eo. A vo-
ce eq̃tis. ⁊ mittētis ſagittā fugit oīs ciuitas. In
greſſi ſunt ardua. ⁊ accēderūt rupes. Uniuerſe G
vrbes derelicte ſūt. ⁊ nō hitat in eis hō. Tu aūt
vaſtata q̄d facies. Cū veſtieris te coccino cū or
nata fueris monili aureo. ⁊ pinxeris ſtibio ocu
los tuos. fruſtra cōponeris Cōtēpſerūt te ama
tores tui. aīam tuā querent. Uocē eñ quaſi par
turientis audiui anguſtias vt puerpere. Uox fi
lie ſyon inter morientes expādēteſq꞉ man' ſuas.
Ue mihi q꞉ deficit aīa mea ꝑpter interfectos.

C.S. Dñs querit fidē in pplo. ꝓpha ad obſti
natos vadit p̄dicat vaſtationem inde ꝑpt pctā
nō tm̄ plebis ſed principū. cathalogus pctōꝝ
hierlm ſcribit ꝑpter q̄ tradet inimicis increpat

populū q̃ deū non timet τ q̃ ingratus eſt.τ pre
terijt ſermones eius peſſime. Ca.V.
A Circuite vias hierl̃m τ aſpicite τ ɔſide
rate τ q̃rite ī plateis ei⁹ an īueniat͡ʒ vi-
rū faciētē iudiciū.τ q̃rētē fidē.τ ꝓpici⁹
ero ei. Qđ ſi etiā viuit dñs dixerit.τ h̃ falſo iu-
rabūt. Dñe oculi tui reſpiciūt fidē.ꝑcuſſiſti eos:
τ nō doluerūt attriuiſti eos τ renuerunt accipe
diſciplinā Indurauerūt facies ſuas ſup̃ petrā τ
noluerūt reuerti.ego aūt dixi. Forſitan paupes
B ſūt τ ſtulti.ignorantes viā dñi τ iudiciū dei ſui
Ibo g° ad optimates τ loq̃r eis. Ipi ei cogno
uerūt viā dñi τ iudiciū dei ſui Et ecce magis hi
ſimul ɔfregerūt iugū.ruperūt vīcula. Idcirco ꝑ
cuſſit eos leo de ſilua lup⁹ ad veſperaʒ vaſtauit
eos.ꝑd⁹ vigilās ſup ciuitates eoꝝ. Oīs q̇ egreſ
ſus fuerit ex eis capief.q2 mlte ſūt p̄uaricatōes
eoꝝ.ɔfortate ſūt auerſiōes eoꝝ. Sup q̊ ꝓpiti⁹
tibi eſſe potero. Filij tui dereliq̃rūt me. τ iurāt ī
his q̇ nō ſūt dij. Saturaui eos τ mechati ſūt. τ
in domo meretric͡ʒ luxuriabāf. Et q̇ amatores ī
C feminas.τ emiſſarij facti ſūt.vnuſq̇ſq̧ ad vxorē
Ezech.xxij.c infra eodem τ infra ix.c
ꝓximi ſui hinniebat. Nūq̇d ſup his nō viſitabo
dic̄ dñs.τ in gēte tali nō vlciſcef aīa mea. Aſcē
dite muros ei⁹ τ diſſipate.ɔſūmatōeʒ aūt nolite
facere. Auferte ꝓpagines ei⁹ q2 nō ſūt dñi. Pre
uaricatōe ei p̄uaricata ē ī me dom⁹ iſrl̃ τ dom⁹
iuda.ait dñs. Negauerūt dñʒ τ dixerūt.nō ē ipe
neq3 veniet ſup nos malū gladiū.τ famē nō vi
debim⁹.ꝓphete fuerūt in vētū locuti.τ rñſū nō
fuit in eis.h̃ ergo eueniēt illis h̃ dic̄ dñs de⁹ ex
ercituū Qz locuti eſt͡ʒ ꝟbū iſtđ Ecce ego do ꝟba
D mea in ore tuo in ignē τ ppl̃m iſtū in ligna.τ vo
rabit eos. Ecce ego adducā ſup vos gētē de lō-
ginq̊ dom⁹ iſrl̃.ait dñs.gētē robuſtā.gentē anti
quā.gētē cui⁹ ignorab̃ linguā.nec intelliges q̇d
loq̃f Pharetra ei⁹ q̄ſi ſepulchꝝ patēs vniuerſi
fortes. Et comedet ſegetes tuas.τ panē tuū de
uorabit.filios tuos τ filias tuas comedet.gre-
gē tuū τ armēta tua τ comedet vineā tuā τ ficū
tuā.τ ɔteret vrbes munitas tuas in q̇b⁹ tu hēs
fiduciā gladio. Verūtn̄ in dieb⁹ illis ait dñs nō
E faciā vos ī ɔſūmatōeʒ Qđ ſi dixerit͡ʒ q̄re fec̄ dñs
infra.xix.b
de⁹ nr̃ nob̃ h̃ oia.dices ad eos. Sic dereliq̇ſtis
me τ ſuiſt͡ʒ deo alieno in tr̃a vr̃a.ſic ſuiet͡ʒ dijs
alienis ī tr̃a nō vr̃a Annūciate h̃ domui iacob τ
auditū facite in iuda.dicētes. Audi ppl̃e ſtulte
q̇ nō hēs cor q̇ hñtes oculos nō videt͡ʒ τ aures
τ nō audiſt͡ʒ. Me ergo ñ timebit͡ʒ ait dñs.τ a fa
cie mea nō dolebit͡ʒ. Qui poſui arenā tminū ma
ri:p̄ceptū ſempitnū qđ nō p̄teribit.et nō ɔmoue
būtur τ ñ potuerūt.τ intumeſcēt fluct⁹ ei⁹.τ nō
F trāſibūt illđ. Pplo āt huic factū ē cor īcredulū
τ exaſpans. Receſſerūt et abierūt τ ñ dixerūt in
corde ſuo. Metuam⁹ dñm deū nr̃m.q̇ dat nob̃
pluuiā tēporaneā τ ſerotinā in tpe ſuo.plenitu
dinē ānue meſſis cuſtodientē nobis. Iniq̇tates
nr̃e declinauerūt h̃.τ pctā nr̃a ꝓhibuerūt bonū a
nob̃.q2 īuēti ſūt in ppl̃o meo ipij.inſidiātes q̄ſi
aucupes.laqueos ponētes τ pedicas ad capiē
dos viros. Sic̄ decipula plena auib⁹.ſic dom⁹
eoꝝ plene dolo. Iđ magnificati ſunt τ ditati in
craſſati ſūt τ ipinguati.τ p̄terierūt ſmōes meoſ
peſſime. Cām vidue ñ iudicauerūt.cām pupilli
nō dixerūt.τ iudiciū paupeꝝ ñ iudicauerūt. Nū
q̇d ſup his ñ viſitabo dic̄ dñs.aut ſup gentē hu
iuſcemōi ñ vlciſcef aīa mea.ſtupor τ mirabilia
fctā ſūt in tr̃a.ꝓphete ꝓphabant mēdaciū.τ ſa
cerdotes applaudebāt manib⁹ ſuis.τ ppl̃s me⁹
dilexit talia.quid igitur fiet in nouiſſimo eius.
C.S. Deſcribitur aduent⁹ nabuchodonoſor
et tranſlatio populi ꝓpter auariciā ſacerdotū.τ
quia populus nō audit vocem tube.nō purga-
tur in conflatorio verborum. VI
C Onfortami filij beiami in medio hieru
ſalē.τ ī thecua clāgite buccina τ ſup be A
thacaren leuate vexillū.q2 malū viſum
eſt ab aq̇lone τ ɔtritio mag̃. Specioſe τ delica-
te aſſimulaui filiā ſyon.ad eā veniēt paſtores τ
greges eoꝝ. Fixerunt in ea tentoria in circūitu:
paſcet vnuſq̇ſq3 eos q̇ ſub manu ſua ſūt. Scti fi
cate ſup eā bellū.ɔſurgite τ aſcēdam⁹ ī meridie
Ve vob̃ q2 declinauit dies q2 lōgiores facte ſunt
vmbre veſpi. Surgite τ aſcēdam⁹ in nocte.τ diſ
ſipem⁹ dom⁹ ei⁹.q2 h̃ dicit dñs exercituū. Cedi
te lignu ei⁹. Et fundite circa ihrl̃m aggerē. Hec
ē ciuitas viſitatōis.oīs calūnia ī medio ei⁹ Si B
cut frigidā facit ciſterna aquā ſuā.ſic frigidā fe
cit maliciā ſuā. Iniq̇tas τ vaſtitas audief in ea
corā me ſemp.īfirmitas et plaga.erudire ihrl̃m
ne forte recordat aīa mea a te:ne forte ponā te
deſertā.tr̃ā inhabitabilē. Hec dic̄ dñs exercituū
Vſq3 ad racemū colligēt q̄ſi ī vinea reliq̇as iſrl̃
Cōuerte manū tuā q̄ſi vindemiator ad cartallū
Cui loq̃r.τ quē cōteſtabor vt audiat. Ecce in cir C
cūciſe aures eoꝝ.et audire nō pñt. Ecce ꝟbum
dñi factū eſt eis in opprobriū τ nō ſuſcipiēt illđ
Idcirco furore dñi plen⁹ ſū.laboraui ſuſtinens
Effūde ſup ꝑuulū furorē τ ſup cōciliū iuuenū ſi
mul. Vir ei cū mulier capief ſenex cū pleno die
rū. Et trāſibūt dom⁹ eoꝝ ad alteros agri τ vxo
res ꝑiter.q2 extendā manū meā ſup hitātes tr̃ā
dic̄ dñs. A miore q̇ppe vſq̧ ad maiorē oēs aua
ricie ſtudent. et a ꝓpha vſq̧ ad ſacerdotē cūcti
faciūt dolū Et curabāt cōtritionē filie ppl̃i mei
cū ignominia dicentes.pax.pax.et nō erat pax D
Confuſi ſunt q2 abominationē fecerūt:qui poti
us confuſione nō ſunt confuſi.et erubeſcere ne
ſcierunt. Quāobrē cadēt inter ruētes.in tpe vi-
ſitationis ſue corruent dicit dñs. Hec dicit dñs
State ſup vias τ videte.τ interrogate de ſemitis
antiq̇s ſit via bona.et āmbulate in ea.et inuenie

tis refrigeriū aīabꝰ vr̄is. Et dixerūt. Nō ābula
bimꝰ. Et cōſtitui ſup vos ſpeculatores. Et dixi.
Audite vocē tube. Et dixerūt. Nō audiemꝰ Jdeo
audite gētes et cognoſcite cōgregatio. q̄ta ego
faciā eis. Audi tra. Ecce ego adducā mala ſup
pplm iſtū. fructū cogitationū eiꝰ. q2 v̄ba mea n̄
audierūt. et legē meā ꝓiecerūt. Ut q̄d mihi thus
de ſaba affertꝭ ⁊ calamū ſuaue olentē de tra lon
ginq̄. Holocauſtomata vr̄a nō ſūt accepta ⁊ vi-
ctime vr̄e nō placuerūt mihi. Propterea h̄ dic̄
dn̄s. Ecce ego dabo in pplm iſtū ruinas. ⁊ ruēt
in eis pr̄es et filij ſimul. vicinꝰ et ꝓximꝰ peribūt.
Hec dic̄ dn̄s. Ecce ppl̄s venit de tra aq̄lonis. ⁊
gens mag̃ cōſurget a finibꝰ tre. Sagittā ⁊ ſcutū
arripiet. crudelis eſt ⁊ nō miſerebit. Vox eiꝰ q̄ſi
mare ſonabit. ⁊ ſup eq̄s aſcēdēt. p̄parati q̄ſi vir ad
p̄liū aduerſum te filia ſyon. Audiuimꝰ famā eiꝰ
diſſolute ſunt manus nr̄e. Tribulatio apprehen
dit nos. dolores vt parturientē. Nolite exire ad
agros. ⁊ in vineā ne ambuletis. q̄m gladius in-
imici pauor in circūitu Filia ppl̄i mei accingere
cilitio. et cōſꝑgere cinere. Luctū vnigeniti fac ti
bi planctū amarū. q2 repēte veniet vaſtator ſup
vos. Probatorē dedi te in ppl̄o meo robuſtū ⁊
ſcies. et ꝓbab̄ vias eorū Oēs iſti ꝑncipes decli
nātes ambulātes fraudulenter. Es ⁊ ferrū vni-
uerſi corrupti ſunt. Defecit ſufflatorium: in igne
cōſumptū eſt plūbū. Fruſtra conflauit cōflator.
malicie eñ eoꝝ nō ſunt conſumpte. Argētum re
probum vocate eos. q2 dn̄s proiecit illos.

C.S. Nō confitēdū in templo: ſ3 in opibꝰ bo
nis: q̄re nō ſit orādū ꝓ ppl̄o illo de reprobatiōe
ſacrificioꝝ de vindicta ꝑ excelſis tophet VII

Verbū qđ factū eſt ad hieremiā a dn̄o
dicēs. Sta in porta domꝰ dn̄i et p̄dica
ibi v̄bū iſtud: ⁊ dic. Audite verbū dn̄i
oīs iuda q̄ ingredimini ꝑ portas has: vt adore
tis dn̄3. Hec dic̄ dn̄s exercituū deꝰ iſrl̄. Bonas
facite vias vr̄as. ⁊ ſtudia vr̄a: ⁊ h̄itabo vobiſcū
in loco iſto. Nolite ꝯfidere in v̄bis mēdacij: dicē
tes tēplū dn̄i, tēplū dn̄i, tēplū dn̄i eſt. Qm̄ ſi bn̄-
dixeritꝭ vias veſtras ⁊ ſtudia vr̄a: ſi feceritis iu
diciū inter viꝝ ⁊ ꝓximū eiꝰ. aduene ⁊ pupillo et
vidue nō feceritis calūniā. nec ſanguinē innocē
tē effuderitis in loco h̄: ⁊ pꝰ deos alienos non
ambulaueritis in malū vobiſmetipſis. h̄itabo
vobiſcū in loco iſto in terra quā dedi p̄ribꝰ vr̄is
a ſeculo vſq3 in ſeculū. Ecce vos ꝯfiditis vobis
in ſermonibus mēdacij q̄ nō ꝓderūt vob̄. furari
occidere: adulterari, iurare mēdaciter: libare ba
alim: ⁊ ite poſt deos alienos q̄s ignoratꝭ. Et ve
niſtꝭ ⁊ ſtetiſtꝭ corā me in domo hac in q̄ inuoca
tū eſt nomē meū. ⁊ dixiſtꝭ. liberati ſumꝰ eo q2 fece
rimꝰ oēs abominatiōes iſtas. nūq̄d gº ſpelūca
latronū fc̄tā ē domꝰ iſta in q̄ inuocatū eſt nomē
meū in ocul̄ vr̄is. Ego ego ſum, ego vidi dic̄ dn̄s

Jte ad locū meū in ſylo vbi h̄itauit nomē meū a
ꝑncipio. ⁊ videte q̄ fecerim ei ꝓpt malicīā ppl̄i
mei iſrl̄. Et nūc q2 feciſtꝭ oīa opa h̄ dic̄ dn̄s ⁊ lo
cutꝰ ſum ad vos mane ꝯſurgēs ⁊ loq̄ns ⁊ non Prouer.i.c
audiſtꝭ: ⁊ vocaui vos ⁊ n̄ r̄ndiſtꝭ. faciā domui hu Eſaie.lxv.b
ic in q̄ inuocatū eſt nomē meū. ⁊ in q̄ vos h̄etis
fiduciā: ⁊ loco quē dedi vob̄ ⁊ p̄ribꝰ vr̄is. ſic fe
ci ſylo. ⁊ ꝓijciā vos a facie mea ſic̄ ꝓieci oēs fra
tres vr̄os vniuerſū ſemē effraim. Tu gº noli ora infra.xiiij.b
re ꝓ ppl̄o h̄ nec aſſumas ꝓ eis laudē ⁊ orōnē. ⁊ D
nō obſiſtas mihi. q2 nō exaudiā te. Nōne vides
q̄d iſti faciūt in ciuitatibꝰ iuda. ⁊ in plateis hie
ruſalē. Filij colligūt ligna: ⁊ p̄res ſuccēdūt ignē
et mulieres ꝯſꝑgūt adipē. vt faciāt placētas re infra.xliiij.e
gine celi. ⁊ libēt dijs alienis. ⁊ me ad iracūdiā
ꝓuocēt. nūq̄d me ad iracūdiā ꝓuocāt. dicit dn̄s
nōne ſemetipſos in ꝯfuſionē vultꝰ ſui. Jō h̄ dicit
dn̄s deꝰ Ecce furor meꝰ ⁊ indignatio mea ꝯflat̄
ſup locū iſtū. ſup viros ⁊ ſup iumēta ⁊ ſup lignū
regiōis ⁊ ſup fruges tre. ⁊ ſuccēdet̄ ⁊ nō extin-
guet̄. Hec dic̄ dn̄s exercituū deꝰ iſrl̄. Holocauſto E
mata vr̄a addite victimis vr̄is. ⁊ comedite car-
nes. q2 nō ſum locutꝰ cū p̄ribꝰ vr̄is ⁊ non p̄cepi
eis in die q̄ eduxi eos de tra egypti de v̄bo ho-
locauſtomatū ⁊ victimaꝝ. ſ3 h̄ v̄bū p̄cepi eis di
cēs. Audite vocē meā ⁊ ero vob̄ deꝰ. ⁊ vos eritꝭ
mihi ppl̄s. ⁊ ābulate in oī via quā mādaui vob̄
vt bn̄ ſit vob̄. Et nō audierūt nec inclinauerūt
aurē ſuā. ſed abierūt in voluptatibꝰ ⁊ in ꝑuitate
cordis ſui mali. factiq3 ſūt retrorſū ⁊ nō in an̄ a
die q̄ ingreſſi ſūt pr̄es eoꝝ de tra egypti vſq3 ad
diē hāc. Et miſi ad vos oēs ſuos meos ꝓphas F
ꝑ diē. ꝯſurgēs diluculo. ⁊ mittēs: ⁊ nō audierūt
me nec inclinauerūt aurē ſuā. ſ3 indurauerūt cer
uicē ſuā. ⁊ peius opati ſūt q̄ pr̄es eoꝝ. Et loq̄rꝭ infra.xvi.c
ad eos oīa v̄ba h̄ ⁊ nō audiēt te. ⁊ vocab̄ eos ⁊
nō r̄nderūt tibi. Et dices ad eos. h̄ eſt gēs q̄ nō
audiuit vocē dn̄i dei ſui. nec recepit diſciplinā.
Perijt fides. et ablata ē de ore eoꝝ. Tonde ca-
pillū tuū ⁊ ꝓijce. ⁊ ſume indirectū planctū. q2 ꝓ
iecit dn̄s ⁊ reliq̄t gn̄ationē furorꝭ ſui. q2 fecerūt
filij iuda malū in ocul̄ meis dic̄ dn̄s. Poſuerūt G
offēdicula ſua ī domo in q̄ īuocatū ē nomē meū ſ.eodem:
vt polluerent eā. ⁊ edificauerūt excelſa tophet
q̄ eſt ī valle filij ennō. vt incēderēt filios ſuos ⁊
filias ſuas igni. q̄ nō p̄cepi nec cogitaui ī corde
meo Jō ecce dies venīet dic̄ dn̄s. ⁊ n̄ dicet̄ ampl̄ꝰ
tophet ⁊ vallis filij ennō. ſ3 vall̄ interfectōis. ⁊ ſe
pelient̄ in tophet: eo q2 n̄ ſit locꝰ. Et erit morticī
nū ppl̄i huiꝰ ī cibos volucribꝰ celi ⁊ beſtijs tre
⁊ n̄ erit q̄ abigat. Et q̄eſcere faciā d̄ vrbibꝰ iuda Ezech.xvi.c
⁊ de plateis ihrl̄3 vocē gaudij ⁊ vocē leticie. vo
cē ſpōſi ⁊ vocē ſpōſe. Jn deſolatiōe enī erit tra.

C.S. Cōminatio his q̄ reſidui erāt de capti
uitate. increpatio ppl̄i nō penitent̄. vox penitē-
tiū aduentus hoſtiū et vlulatꝰ ciuitatis. VIII

A i In illo tpe ait dñs: eijciēt oſſa regꝝ iuda
⁊ oſſa principū eiꝰ: ⁊ oſſa ſacerdotū. et
oſſa ꝓphāꝝ: ⁊ oſſa eoꝝ q̄ habitauerūt
hierl̄m de ſepulchris ſuis: ⁊ expādēt ea ad ſolē
⁊ lunā ⁊ oēm militiā celi q̄ dilexerūt ⁊ q̄bꝰ ſ̄uie
rūt. ⁊ poſt q̄ ambulauerūt. ⁊ q̄ q̄ſierūt ⁊ adoraue
B rūt. Nō colligent̄ ⁊ nō ſepelient̄. in ſterq̄liniū ſu
ꝑ faciē terre erūt. Et eligēt magis mortē q̄ vitā
oēs q̄ reſidui fuerint de cognatiōe hac peſſima.
in vniuerſis loc̄ q̄ derelicta ſunt. ad q̄ eijci eos
dic̄ dñs exercituū. ⁊ dices ad eos. Hec dic̄ dñs
Nūq̇d q̇ cadit nō reſurget: ⁊ q̄ auerſus eſt nō re
uertet̄. Quare ergo auerſus eſt ppl̄s iſte in hie
ruſalē auerſiōe ꝯtētioſa. Apphēderūt mēdaciū
C ⁊ noluerūt reuerti. Attēdi ⁊ auſultaui. nemo qͦd
bonū ē loq̇t̄. Nullꝰ eſt q̇ agat pniaꝫ ſuꝑ pctō ſuo
dicēs. Quid feci. Oēs ꝯuerſi ſunt ad curſuꝫ ſuū
q̄ſi equꝰ impetu vadēs in p̄liū. Miluꝰ in celo co
gnouit tp̄s ſuū. tur̄ ⁊ hyrūdo ⁊ cicōia cuſtodie
rūt tp̄s aduētꝰ ſui ppl̄s aūt meꝰ nō cognouit iu
diciū dñi. Quō dicitꝭ ſapiētes nos ſumus: ⁊ lex
D dñi nobiſcū eſt. Vere mēdaciū opatꝰ eſt ſtilꝰ mē
daꝝ ſcribaꝝ. Cōfuſi ſūt ſapiētes. ꝑterriti ⁊ capti
ſunt Verbū eñi dñi ꝓiecerūt ⁊ ſapia nulla eſt in
eis. Propterea dabo mlieres eoꝝ exterꝭ agros
ſ.vi.c eoꝝ heredibꝰ. Qꝛ a minimo vſq̄ ad maximū oēs
Eſaie.lvi.d auariciā ſequūt̄. a ꝓpha vſq̄ ad ſacerdotē cūcti
faciūt mēdaciū. ⁊ ſanabāt ꝯtritiōes filie populi
mei ad ignominiā: dicētes pax. pax. cū non eſſet
pax. Cōfuſi ſunt. qꝛ abominationē fecerūt quin
imo. ꝯfuſiōe nō ſūt ꝯfuſi ⁊ erubeſcere neſcierūt.
E Idcirco cadēt int̄ corruētes. in tpe viſitationis
ſue corruēt dic̄ dñs. Cōgregās ꝯgregabo eos.
ait dñs. Nō eſt vua in vitibꝰ. ⁊ nō ſunt ficꝰ in fi
culnea. foliū defluxit ⁊ dedi eis q̄ p̄tergreſſa ſūt
Quare ſedemꝰ. Cōuenite ⁊ ingrediamur ciuita-
tē munitā: ⁊ ſileamꝰ ibi. qꝛ dñs deꝰ nr̄ ſilere nos
fecit: ⁊ potū dedit nob̄ aquā fellis. Peccauimꝰ
infra.xiiij.d eñi dño. Expectauimꝰ pacē ⁊ nō erat bonū tp̄s
F medele: ⁊ ecce formido A dan audiꝰ eſt fremitꝰ
eq̄ꝝ eiꝰ. a voce hinnituū pugnatoꝝ eiꝰ cōmota
eſt oīs terra. Et venerūt ⁊ deuorauerūt terrā. et
plenitudinē eiꝰ. vrbē ⁊ hitatores eiꝰ. Quia ecce
ego mittā vob̄ ſerpētes regulos q̇bꝰ nō eſt incā
tatio. ⁊ mordebūt vos. ait dñs Dolor meꝰ ſuper
dolorē. in me cor meū merēs. Ecce vox clamorꝭ
filie ppl̄i mei de terra lōginq̄. Nūq̇d dñs nō eſt
in ſyō aut rex eiꝰ nō eſt in ea Quare ergo me ad
iracūdiā ꝓcitauerūt in ſculptilibꝰ ſuis ⁊ in vani
tatibus alienis. Trāſijt meſſis. finita eſt eſtas ⁊
nos ſaluati nō ſumꝰ. Suꝑ ꝯtritōe filie ppl̄i mei
ꝯtritꝰ ſum ⁊ ꝯtriſtatꝰ. ſtupor obtinuit me Nūq̇d
reſina nō eſt in galaad. aut medicus nō eſt ibi.
Quare igr̄ nō eſt obducta cicatrix filie ppl̄i mei

C. S. Planctꝰ ⁊ lachryme ꝓphe ꝓ ppl̄o ſuo
exeūdū eſt ad ſolitudinem ꝓpter hoim maliciā
lamentandum. quia a paſtoribus ad plebē de-
ſertio iniq̄tas ⁊ vīdicta nō gloriādū niſi in dño
q̄ circunciſio carnis nihil valet.

IX

q QVis dabit capiti meo aquā ⁊ ocul̄ me
is fontē lachrymaꝝ. Et plorabo die ac
nocte interfectos filie ppl̄i mei. Quis
dabit me in ſolitudine diuerſoꝝ viatoꝝ. Et dere
linquā ppl̄m meū ⁊ recedā ab eis qꝛ oēs adulte
ri ſunt ⁊ cetꝰ p̄uaricatoꝝ ⁊ extēderūt linguā ſuā
q̄ſi arcū mēdacij ⁊ nō ꝟitatis. Cōfortati ſunt in
terra. qꝛ de malo ad malū egreſſi ſunt. ⁊ me non
cognouerūt. dic̄ dñs Vnuſq̇ſq̄ ſe a ꝓximo ſuo cu
ſtodiat ⁊ in oī frē ſuo nō hēat fiduciā qꝛ oīs fra
ter ſupplātās ſupplātabit. ⁊ oīs amicꝰ fraudu-
lēter incedet. ⁊ vir frēm ſuū deridebit. ⁊ ꝟitatē
nō loquēt̄. Docuerūt eñi liguā ſuā loq̇ mēdaciū
vt iniq̄ agerēt laborauerūt Habitatio tua in me
dio doli. in dolo renuerūt ſcire me dic̄ dñs. Pro
terea h̄ dic̄ dñs exercituū. Ecce ego cōflabo ⁊ ꝓ
babo eos. Quid eñi aliud faciā a facie filie po-
puli mei. Sagitta vulnerās lingua eorū. dolum
locuta eſt. In ore ſuo pacē cū amico ſuo loquit̄
⁊ occulte ponit ei inſidias. Nūquid ſuꝑ his nō
viſitabo dicit dñs. aut in gēte huiuſcemodi nō
vlciſcet̄ aīa mea. Suꝑ mōtes aſſumā fletū ac la
mētum: ⁊ ſuꝑ ſpecioſa deſerti plāctū. qm̄ incēſa
ſunt eo q̄ nō ſit vir ꝑtrāſiēs ⁊ nō audierūt vocē
poſſidentis. A volucre celi vſq̄ ad pecora trāſ
migrauerūt ⁊ receſſerūt Et dabo hierl̄m in acer
uos arene. ⁊ cubilia draconuꝫ ⁊ ciuitates iuda
dabo in deſolatōeꝫ eo q̄ nō ſit hitator Quis eſt
vir ſapiēs q̇ intelligat h̄. ⁊ ad quē ꝟbū oris dñi
fiat vt ānūciat iſtō. q̄re ꝑierit t̄ra ⁊ exuſta ſit q̄ſi
deſ̄tū. eo q̄ nō ſit q̇ ꝑtrāſeat. Et dixit dñs. Quia
dereliq̄rūt legē meā quā dedi eis ⁊ nō audierūt
vocē meā. ⁊ nō ābulauerūt in ea. ⁊ abierūt poſt
prauitatē cordis ſui. ⁊ pꝰ baalim qͦd didicerūt a
p̄ribꝰ ſuis. idcirco h̄ dicit dñs exercituū deꝰ iſrl̄
Ecce ego cibabo pplꝫ iſtū abſinthio. ⁊ potū da
bo eis aquā fellis ⁊ diſꝑgā eos in gētibꝰ q̄s nō
nouerūt ipi ⁊ p̄res eorū. ⁊ mittā pꝰ eos gladiū
donec cōſumāt̄. Hec dicit dñs exercituū. Cōtem
plami ⁊ vocate lamētatrices vt veniāt ⁊ ad eas
q̄ ſapiētes ſunt mittite ⁊ ꝓperēt. feſtinēt ⁊ aſſu-
māt ſuꝑ nos lamētū. Deducāt oculi nr̄i lachry-
mas. ⁊ palpebre nr̄e defluāt aq̇s. qꝛ vox lamēta
tionis audita eſt de ſyon. Quō vaſtati ſumꝰ et
cōfuſi vehement̄. Qꝛ dereliq̇mꝰ t̄rā. qm̄ deiecta
ſūt tabernacula nr̄a. Audite ergo mulieres ꝟbū
dñi ⁊ aſſumāt aures vr̄e ſmonē oris eiꝰ. ⁊ doce
te filias vr̄as lamētū. ⁊ vnaq̄q̄ ꝓximā ſuam
plāctū. quia aſcendit mors ꝑ feneſtras vr̄as. in
greſſa ē domos vr̄as diſꝑdere puulos deforis.
iuuenes de plateis. Loquere. Hec dicit dñs.
Et cadet morticinū hoīs quaſi ſtercus ſuꝑ fa-
ciem regionis, et quaſi fenū poſt tergū metētis

et nō eſt qui colligat. Hec dicit dñs. nō glorietur
ſapiens in ſapientia ſua: ꝛ non glorieť fortis in
fortitudine ſua ꝛ nō gliceť diues in diuitijs ſuis
ſed in h̄ gliceť q̄ gliať. ſcire ꝛ noſſe me: q꞉ ego ſuꝫ
dñs q̄ facio miſericordiā ꝛ iudiciū ꝛ iuſticiā in
terra. h̄ em̄ placēt mihi: ait dñs. Ecce dies veni
ent dic̄ dñs et viſitabo ſup oēm q̄ incircūciſū hꝫ
p̄pucīū ſup egyptū. ꝛ ſup iudā: ꝛ ſup edō, ꝛ ſup
filios ammō. ꝛ ſup moab. ꝛ ſup oēs q̄ attōſi ſūt
in comā hītātes in deſerto, q꞉ oēs gentes hn̄t p̄
putiū. oīs aūt dom⁹ iſrael incircūciſi ſunt corde
C.S. Moneť pp̄ꝉus ne timeat celi ꝯſtellati
onē. q꞉ nō ē increpatio idolatrie. planct⁹ hierꝉꝫ
ſup plaga ſua. ꝛ ꝙ nō ſit in noīe via eius X
A Udite ꝟbū qd̄ locut⁹ eſt dñs ſup vos
domus iſrael. Hec dic̄ dñs. Juxta vias
gētiū nolite diſcere. ꝛ a ſignis celi noli
te metuere q̄ timēt gētes, q꞉ leges pp̄ꝉoꝝ vane
ſunt. Quia lignū de ſaltu p̄cidit op⁹ manus ar-
tificis in aſcia. Argento ꝛ auro decorauit illud
clauis et malleis cōpegit vt nō diſſoluať. In ſi
militudinē plaſme fabricate ſunt. et nō loquenť
portata tollēť, q꞉ incedere nō valēt. nolite ergo
timere ea q꞉ nec male pn̄t facere nec bn̄. nō eſt ſi
milis tui dñe. magnus es tu. et magnū nomen
tuū in fortitudine. Quis nō timebit te o rex gen-
tiū. Tuū eſt em̄ decus. Inter cūctos ſapiētes gē
tiū: et in vniuerſis regnis eoꝝ null⁹ eſt ſiꝉis tui
Pariter inſipiētes et fatui p̄babūť doctrina va
nitatis eoꝝ lignū eſt. Argētū inuolutū de thar-
ſis afferť. et auꝝ de ophir op⁹ artificis et man⁹
erarij hyacith⁹ et purpura indumētū eoꝝ. Op⁹
artificū vniuerſa h̄ dñs aūt de⁹ ver⁹ eſt. Ip̄e de⁹
viuēs et rex ſempitern⁹. Ab indignatōe ei⁹ ꝯmo
uebiť terra: ꝛ nō ſuſtinebūt gētes ꝯminationem
ei⁹. Sic g° dicet꞉ eis, Dij q̄ celos ꝛ t̄rā nō feceꝛt
pereāt de t̄ra: ꝛ de his q̄ ſub celo ſūt. Qui facit
t̄rā in fortitudīe ſua: p̄pat orbē i ſapīa ſua ꝛ pru
dētia ſua extēdit celos ad vocē ſuā dat multitu
dinē aq̄ꝝ in celo, ꝛ eleuat nebulas ab extremita
tib⁹ t̄re. Fulgura in pluuiā facit: ꝛ educit ventū
de theſaur꞉ ſuis Stult⁹ fact⁹ ē oīs hō a ſcia ſua
ꝯfuſus eſt artifex oīs in ſculptili: qm̄ fl̄m eſt qd̄
ꝯflauit ꝛ nō eſt ſpūs in eis. Uana ſūt ꝛ op⁹ riſu
dignū In t̄pe viſitatōis ſue p̄ibūt, nō ex his ſiꝉis
pars iacob. Qui em̄ formauit oīa: ip̄e eſt et iſrꝉ
ꝟga hereditat꞉ ei⁹. dñs exercituū nomē illi. Cō
grega de t̄ra ꝯfuſionē tuā q̄ hītas in obſidione,
q꞉ h̄ dicit dñs. Ecce ego longe p̄ijciā habitato-
res t̄re in hac vice: ꝛ tribulabo eos: ita vt nō in
ueniāť. Ue mihi ſup ꝯtritōe mea peſſima plaga
mea. Ego aūt dixi. Plane h̄ infirmitas mea eſt
D ꝛ portabo illā. Tabernaculum meū vaſtatū eſt
oēs funiculi mei dirupti ſunt Filij mei exierūt a
me: ꝛ nō ſubſiſtūt. Nō eſt q̄ extēdat vltra tento-
riū meū, ꝛ erigat pelles meas: q꞉ ſtulte egerunt

paſtores: ꝛ dñm nō q̄ſierūt: p̄pterea nō intelle
xerūt: ꝛ oīs grex eoꝝ diſp̄ſus eſt. Uox auditōis
ecce venit ꝛ cōmotio mag̃ de t̄ra aq̄lonis vt po
nat ciuitates iuda ſolitudinē ꝛ hītacula draco-
nū. Scio dñe q꞉ nō eſt hoīs via ei⁹. nec viri ē vt
ambulet ꝛ dirigat greſſus ſuos. corripe me dñe
verūt̄n i iudicio ꝛ nō i furore tuo. ne forte ad ni
hilū redigas me. Effūde indignatiōem tuā ſup
gētes q̄ nō cognoueꝛt te ꝛ ſup p̄uīcias q̄ nomē Ps.lxxviii
tuū nō inuocaueꝛt. q꞉ comederūt iacob ꝛ deuora
uerūt eū ꝛ ꝯſūpſerūt illū ꝛ dec⁹ ei⁹ diſſipauerūt
C.S. De maledictiōe ei⁹ q̄ n̄ audit ꝟbū dñi de
colligatōe maloꝝ. de pena pacti initi. de nō orā
do p̄ eis: q꞉ impi⁹ nō ſc̄tificať in ſacrificijs ſuis.
de oliua pulchra ſe crucifigēdū p̄dixit dñs. XI
V Erbū qd̄ factū eſt a dño ad hieremiā:
dicēs audite ꝟba pacti h⁹. ꝛ loq̄mini
ad viros iuda ꝛ ad hītatores hierꝉꝫ. ꝛ A
dices ad eos. h̄ dic̄ dñs de⁹ iſrꝉ. Maledict⁹ vir
q̄ nō audierit ꝟba pacti h⁹: qd̄ p̄cepit p̄rib⁹ vr̄is
i die q̄ eduxi eos de t̄ra egypti de fornace ferrea
dicēs. Audite vocē meā: ꝛ facite oīa q̄ p̄cepi vo
bis. ꝛ eritis mihi in populum. et ego ero vobis
in deum. vt ſuſcitē iuramētū qd̄ iuraui p̄ribus
vr̄is. daturū me eis t̄rā fluentē lacte ꝛ melle ſic̄
eſt dies h̄. Et r̄ndi ꝛ dixi. Amē dñe Et dixit dñs
ad me. Uociferare oīa ꝟba h̄ in ciuitatib⁹ iuda B.
ꝛ foris hierꝉm: dicēs. Audite ꝟba pacti h⁹ ꝛ fa-
cite illa: q꞉ ꝯteſtās ꝯteſtat⁹ ſum p̄res v̄os i die
q̄ eduxi eos de t̄ra egypti vſq͂ ad diē hāc. Ma-
ne ꝯſurgēs ꝯteſtat⁹ ſū: ꝛ dixi: audite vocē meā ꝛ
nō audierūt nec iclinauerūt aurē ſuā: ſꝫ abierūt
vnuſq̄ſq͂ in p̄uitate cordis ſui mali. Et induxi
ſup eos oīa ꝟba pacti h⁹ qd̄ p̄cepi vt facerent ꝛ
nō fecerūt Et dixit dñs ad me Inuēta eſt ꝯiura
tio in vir꞉ iuda ꝛ i hītatorib⁹ hierꝉꝫ. Reuerſi ſūt
ad iniq̄tates patꝝ ſuoꝝ p̄ores q̄ noluerꝉt audire
ꝟba mea. Et hi g° abierunt p⁹ deos alienos vt
ſuirēt eis. Irritū fecerūt dom⁹ iſrꝉ ꝛ dom⁹ iuda
pactū meū: qd̄ pepigi cū p̄rib⁹ eoꝝ. Quāobrē h̄
dicit dñs Ecce ego inducā ſup eos mala. de q̄b⁹
exire nō poterūt. et clamabūt ad me et nō exau
diā eos. Et ibūt ciuitates iuda et habitatores C
hierꝉm et clamabūt ad eos q̄b⁹ libant. et nō ſal
uabūt eos in t̄pe afflictiōis eoꝝ. Scd̄m numeꝝ s.iij.f
enī ciuitatū tuaꝝ. erāt hi tui iuda. et ſ̄m numeꝝ
viaꝝ tuaꝝ hierꝉm poſuiſti aras ꝯfuſionis aras
ad libādū baalim. Tu g° noli orare p̄ pp̄ꝉo ꝛ ne
aſſumas p̄ eis laudē et orōnē. q꞉ nō exaudiā in
t̄pe clamoris eoꝝ ad me, in t̄pe afflictionis eoꝝ
Quid eſt qd̄ dilect⁹ me⁹ in domo mea fecit ſce-
lera multa. Nūquid carnes ſancte auferent a te
malicias tuas in quib⁹ gliata es. Oliuā vberē
pulchrā: fructiferā. ſpecioſaꝫ vocauit dñs nomē
tuū. Ad vocē loq̄le grādis exarſit ignis in ea. ꝛ
cōbuſta ſūt frutecta ei⁹. Et dñs exercituū q̄ plā

tauit te locutꝰ eſt ſup te malū. ꝓ malis domus
iſrael ⁊ domꝰ iuda q̇ fecerūt ſibi ad irritādū me
D lībātes baalim. Tu aūt dn̄e demōſtraſti mihi et
cognoui tu oſ̄diſti mihi ſtudia eoꝝ ⁊ ego quaſi
agnus māſuetus q̇ portatur ad victimā. Et nō
cognoui qꝛ cogitauerūt ſup me ɔſilia: dicentes.
mittamus lignū in panē eiꝰ: et eradamus eū de
terra viuētiū: ⁊ nomē eius nō memoretur ampliꝰ.
Infra.xx.c. Tu aūt dn̄e ſabaoth q̇ iudicas iuſte: et ꝓbas re-
nes et corda videā vltionē tuā ex eis. Tibi em̄ re
uelaui cām meā. Propterea hec dicit dn̄s ad
viros anathot q̇ q̄rūt aīam tuā: et dicūt. nō pro
phetabis in noīe dn̄i: et nō morieris in manibꝰ
nr̄is. Propterea hec dicit dn̄s exercituū. Ecce
ego viſitabo ſup eos. Iuuenes morientur in gla-
dio: filij eoꝝ et filie eoꝝ morientur in fame: et reli-
quie non erunt ex eis. Inducā em̄ malum ſuper
viros anathot, annum viſitationis eorum.

C.S. Diſputatur cū dn̄o ɔ̄ murmuratores. de
flore maloꝝ q̇ ſignātur. colligatio captiuitatis hie-
ruſalē. reprobatio ſynagoge. paſtoꝝ ɔdēnatio.
de ɔuerſis ad dn̄m. et volentibꝰ reuerti. XII

A Iob.xxi.a Abacuc.i.a Iuſtꝰ q̇dē tu es dn̄e ſi diſputē tecū. ve-
rūtn̄ iuſta loq̄r ad te. Quare via impio
rū pſperatur. bn̄ ē oībꝰ q̇ ꝑuaricātur et iniq̄
agūt. Plātaſti eos et radices miſerūt: pficiūt et
faciūt fructū. ꝓpe es tu ori eoꝝ. et lōge a renibꝰ
eoꝝ. et tu dn̄e noſti me: vidiſti me. et ꝓbaſti cor
meū tecū. Cōgrega eos q̄ſi gregē ad victimā: et
ſctifica eos in die occiſiōis. Vſqꝫ q̇ lugebit terra.
⁊ herba oīs regiōis ſiccabitur ꝓpter maliciā hitā
tiū in ea. Cōſūptū eſt aīal et volucre: qm̄ dixerūt
B nō videbit nouiſſima nr̄a. Si cū peditibꝰ currēs
laboraſti: quō ɔtēdere poteris cū eq̄s. Cū autē
in terra pacis ſecurus fueris, q̇d facies in ſup-
bia iordanis. Nā ⁊ frēs tui ⁊ domꝰ pr̄is tui etiā
ipi pugnauerūt aduerſum te: ⁊ clamauerūt poſt
te plena voce. ne credas eis cū locuti fuerint ti-
bi bona. Reliqui domū meā: dimiſi hereditatem
meā. Dedi dilectā aīam meā in manꝰ inimicorū
eiꝰ. facta eſt mihi hereditas mea q̄ſi leo in ſilua.
Dedit ɔ̄ me vocē: iō odiui eā. nūq̇d auis diſco-
C lor hereditas mea mihi. nūq̇d auis tincta ꝑ to-
tū. Venite ɔgregamini oēs beſtie terre: ꝓperate
ad deuorādū. Paſtores multi demoliti ſunt vi
neam meā: cōculcauerūt partē meā. Dederunt
portionē meā deſiderabilē ī deſertū ſolitudinis
poſuerūt eā in diſſipationē: luxitqꝫ ſup me. De-
ſolatione deſolata eſt oīs terra: qꝛ nullus eſt q̇
recogitet corde: Sup oēs vias deſerti venerūt
oēs vaſtatores terre qꝛ gladiꝰ dn̄i deuorabit ab
extremo t̄re vſqꝫ ad extremū eiꝰ. Nō eſt pax vni
uerſe carni. Seminauerūt triticū: ⁊ ſpinas meſ-
ſuerūt, hereditatē acceperūt ⁊ nō eis ꝓderit. Cō
fundemini a fructibꝰ vr̄is ꝓpter iram furoris dn̄i
D Hec dicit dn̄s aduerſum oēs vicinos meos peſ
ſimos. q̇ tāgūt hereditatē quā diſtribui populo
meo iſrael. Ecce ego euellam eos de terra ſua: ⁊
domū iuda euellā de medio eoꝝ. Et cū euulſero
eos cōuertar ⁊ miſerebor eoꝝ: ⁊ reducā eos vi-
rū ad hereditatē ſuā. ⁊ virū in terrā ſuā. Et erit
ſi eruditi didicerint vias ppl̄i mei vt iurēt in no
mine meo. viuit dn̄s. ſicut docuerunt populum
meum iurare in baal: edificabūtur in medio po
puli mei. Quod ſi non audierint. euellam gentē
illam euulſione et perditione ait dominus.

C.S. De ſignificatione lūboꝝ putrida, de la
gūcula ⁊ de ebrietate maloꝝ de mōtibꝰ tenebro
ſis, de trāſlatione iude propter iniquitates plu-
A rimas et in penitentiam populi. XIII.

Hec dicit dn̄s ad me. Vade ⁊ poſſide ti
bi lūbare lineū ⁊ pones illō ſup lūbos
tuos. ⁊ in aquā nō inferes illō. Et poſ
ſedi lūbare iuxta vbū dn̄i: ⁊ poſui circa lumbos
meos. Et factꝰ eſt ſermo dn̄i ad me ſcōo. dicens
Tolle lūbare qō poſſediſti. qō eſt circa lūbos tu
os: ⁊ ſurgēs vade ad eufraten: ⁊ abſconde ibi il
lud in foramine petre. Et abij ⁊ abſcōdi illud in
eufrate ſic̄ p̄cepat mihi dn̄s. Et factū eſt pꝰ dies
plurimos dixit dn̄s ad me. Surge ⁊ vade ad eu
fraten ⁊ tolle inde lūbare qō p̄cepi tibi vt abſcō
deres illud ibi. Et abij ad eufraten ⁊ fodi: ⁊ tuli
lūbare de loco vbi abſconderā illud. Et ecce cō
B putruerat lūbare: ita vt nulli vſui aptū eſſet. Et
factū eſt vbū dn̄i ad me, dicēs. Hec dic̄ dn̄s. Sic
putreſcere faciā ſupbiā iuda ⁊ ſupbiam hierl̄m
multā ppl̄m iſtū peſſimū q̇ nolunt audire verba
mea: ⁊ ambulāt in ꝑuitate cordis ſui. abierūtqꝫ
pꝰ deos alienos vt ſuirēt eis ⁊ adorarēt eos. ⁊
erunt ſic̄ lūbare iſtud qō nulli vſui aptū eſt. Sic̄
enī adheret lūbare ad lūbos viri. ſic agglutina
ui mihi oēm domū iſrl̄. et oēm domū iuda dicit
dn̄s. vt eēnt mihi ī ppl̄m ⁊ in nomē et ī laudē ⁊
in gl̄iaꝫ. ⁊ nō audierūt. Dices ergo ad eos ſmo
nē iſtū. Hec dic̄ dn̄s deꝰ iſrl̄. Oīs lagūcula ī ple-
bitur vino. Et dicēt ad te. Nūq̇d ignoramꝰ: qꝛ oīs
lagūcula implebitur vino. Et dices ad eos. hec di
cit dn̄s. Ecce ego īplebo oēs hitatores t̄re huꝰ
et reges q̇ ſedēt de ſtirpe dō ſup thronū eiꝰ ⁊ ſa-
cerdotes ⁊ ꝓphas. ⁊ oēs hitatores hierl̄m ebrie
C tate. ⁊ diſpgā eos viꝝ a frē ſuo. ⁊ pr̄es ⁊ filios
pit̄ ait dn̄s. nō parcā ⁊ n̄ ɔcedāt neqꝫ miſerebor
vt n̄ diſpgā eos. Audite ⁊ auribꝰ pcipite. noli ele
uari. qꝛ dn̄s locutꝰ ē. Date dn̄o deo vr̄o gl̄iaꝫ an̄
q̄ ɔtenebreſcat ⁊ an̄q̄ offēdāt pedes vr̄i ad mō
tes caliginoſos. Expectabitis lucē ⁊ ponet eā in
vmbrā mortis. et ī caliginē. Qō ſi h̄ nō audieritis ī
abſcōdito: plorabit aīa mea a facie ſupbie. Plo
rans plorabit et deducet oculꝰ meus lachrymā
quia captus ē grex dn̄i. Dic regi ⁊ dn̄atrici. hu-
miliamini. ſedete in terra qm̄ deſcendet de capi
te veſtro corona glorie veſtre. Ciuitates auſtri

clauſe ſunt et nõ eſt q̃ apiat. Trãſlata eſt oĩs iu-
D da trãſmigratõe pfecta. Leuate oculos vr̃os et
videte q̃ venitis ab aq̃lõe. Ubi ẽ grex q̃ dat⁹ ẽ ti
bi: pec⁹ iclytũ tuũ? Quid dices cũ viſitauerit te?
Tu eñ docuiſti eos aduerſum te: et erudiſti ĩ ca
put tuũ. Nũq̃d nõ dolores apphendẽt te q̃ſi mu
liere pturientẽ? Qđ ſi dixeris ĩ corde tuo q̃re ve
Infra. xxx. c nerunt mihi h̃? Propt̃ multitudinẽ iniq̃tatꝫ tue
reuelata ſũt verecundiora tua: pollute ſunt plãte
tue. Si mutare põt ethiops pellẽ ſuã aut pard⁹
varietates ſuas: et vos poteritis bñ facere cum
didiceritis malũ. Et diſſeminabo eos q̃ſi ſtipu-
lã q̃ vẽto raptat̃ ĩ deſerto. Hec ſors tua pſq; mẽſu
A re tue a me dic̃ dñs: q: oblita es mei et cõfiſa es
in mẽdacio: Unñ et ego nudaui femora tua ꝯ fa-
ciẽ tuã: et appuit ignominia tua: adulteria tua:
et hinnit⁹ tu⁹ ſcelus fornicatõis tue. Super col
les in agro vidi abomiãtões tuas. Ve tibi hieru
ſalẽ. Nõ mundabeꝛ poſt me. Uſq; quo adhuc?

C. S. De inopia pluuie: vox penitẽtiũ: obſti-
natis nõ pſunt ieiunia p̃ces nec victime: đ pſeu
do pphetis. de lugendo ppt̃ ꝯtritionem ppl̃i: in
terrogatur dñs de piectiõe ppl̃i iude. XIIII

A Uod factum eſt v̄bũ dñi ad hieremiã đ
q ſmõibus ſiccitatis. Luxit iudea et por-
te ei⁹ corruerũt et obſcurate ſunt in t̃ra et
clamor hierl̃m aſcendit. Maiores miſerũt mino-
B res ſuos ad aquã: venerũt ad hauriendum. Nõ i-
uenerũt aquã: reportauerũt vaſa ſua vacua. Cõfu
ſi ſunt et afflicti: et opuerunt capita ſua ppt̃ va
ſtitatem t̃re: q: nõ venit pluuia in t̃rã Cõfuſi ſũt
agricole: opuerunt capita ſua nã et cerua ĩ agro
pepit et reliquit: q: nõ erat herba. Et onagri ſte
terunt in rupibus traxerunt ventum q̃ſi dracões
B defecerunt oculi eoꝝ: q: nõ erat herba. Si iniq̃
tates nr̃e rñderint nobis: dñe fac ppter nomen
tuũ qm̃ mlte ſunt auerſiões nr̃e. Tibi peccauim⁹
expectatio iſrl̃: ſaluator nr̃ in tp̃e tribulationis.
Quare q̃ſi colon⁹ futurus es in terra: et q̃ſi via
tor declinãs ad manendum? Quaſi futur⁹ es ve
lut vir vagus et fortis: q̃ nõ põt ſaluare? Tu au
tẽ ĩ nob̃ es dñe: et nomẽ tuuꝫ ĩuocatũ ẽ ſup nos
ne derelinq̃s nos. Hec dic̃ dñs ppl̃o huic q̃ dile
xit mouere pedes ſuos et nõ q̃euit et dño nõ pla
C xvij. c cuit. Nunc recordabit̃ iniq̃tatum eoꝝ. et viſitabit
pctã eoruꝫ. Et dixit dñs ad me. Noli orare p po
pulo iſto ĩ bonum. Cum ieiunauerit nõ exaudiã
p̃ces eorum. et ſi obtulerit holocauſtomata et vi
ẽ. i. b ctimaſ nõ ſuſcipiã ea. qm̃ gladio et fame et peſte
ego ꝯſumã eos. Et dixi. A, a, a dñe de⁹. Prophe
te dicunt eis. Nõ videbitꝭ gladiuꝫ et fames ñ erit
C infra. xxiij. d ĩ vob̃. ſꝫ pacẽ verã dabit vob̃ in loco iſto. Et di
xit dñs ad me. Falſo pph̃e vaticinãt̃ ĩ noĩe meo.
